



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive  
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel  
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam  
insignium memoriam in menses diesque ...**

**Nádasi, János**

**Antverpiae, 1665**

II. Die Maii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9625**

## II. DIE MAIL.

P. HIERONYMVS  
DE MERCADO.

Hispanus  
Mexici. 2.  
Maij annus  
defuit in  
litteris inde  
datis

Mortific.

Mort.  
Sancti.

Hunc ab ipso Tyrocinio ineunte  
semper pauidum, & de conscien-  
tiæ tranquillitate anxie cogitan-  
tem, sub mortem serena quædam pax  
exceptit. Præter cilicium formus illi  
quothebdomadis ter non nisi super  
asserens captus, & spontanea flagel-  
lacio bis quotidie repetita orationem  
illius armabat, in qua mirificè at-  
tentus erat, ac ferè perpetuus. Tri-  
duo ante illius mortem cuidam valdè  
religioso viro conspectam esse ferunt  
insignem pompam sanctorum, atque  
sanctarum, quæ P. Hieronymi cubi-  
culum longâ serie ingredi videban-  
tur.

DOMINICVS  
FERNANDEZ.

Lusitanus  
Goz. 2.  
Maij 1583.

Fides.

ET suæ, & aliorum salutis cupido, &  
studium in illo singulari propensio-  
ne emicuit. In Chorana Indiæ Ori-  
entalis insula per annos 27. laboravit  
sudore tam felici, & ferè admirabili,  
vt renouato veterum quorundam  
sanctissimorum in Ecclesia virorum,  
qui fidem feliciter propagauere ex-

emplo, cum in eam Insulam pene-  
trans, non nisi septem reperisset  
Christianos, laboris tamen assiduitate,  
magnâ diuini numinis ope adiutus,  
moriens ibidem quinque millia reli-  
querit Christianorum.

P. ANTONIVS  
DU FOVR.

DVodecimo postquam in calce  
sepultus iacuit anno, integra  
eius caro, viscera cum odore suauiter  
reperita. Linteamen, quo inuolutus fue-  
rat, Coadiutori in peste infectorum  
obsequio laboranti ad caput admo-  
tum, dolorem omnem dicitur abster-  
sisse.

Gallus Re-  
tomagi. 2.  
Maij. 1610.

Post mortem.

P. IOANNES  
PEREIRA.

CVM P. Gaspare Paës (de quo dixi  
25. Aprilis) in Æthiopia inclytis  
laboribus felix, lanceis confossus,  
sub accenso fœni cumulo positus  
tum adhuc spirans; inde à pia scæ-  
mina erutus, à Christianis foras,  
Assæ tandem 2. Maij diem extre-  
mum gloriosâ morte consumma-  
uit.

Lusitanus  
Assæ. 2.  
Maij. 1615.